7266 Panormi in domo praetoria MARTINES et POSTERIORES. Nunc in museo n. 79.



Recognovi. Martines 1580 p. 294 n. 13; Caietanus († 1620) isagoge p. 361; Gualterus n. 18 = 175 (inde Mur. 693, 7); Noto p. 38; Torremuzza Pal. n. 6, Sic. I, 21 = 23.

1 ⟨R·ER⟩ Mart., LERER... Caiet., ..RER.. Gualt., videtur fuisse CERERI. — 2. 3 supplevi ex titulo Agrigentino n. 7192. — 5 PR·D potius quam PRO. — *[Ce]rer[i] L. Corn[elius] Marcellus [q(uaestor) pr(o)] pr(aetore) prov(inciae) Sicil(iae), l[eg(atus) pr(o)] pr(aetore) prov(inciae) eiusd(em), pr(aetor) d[es(ignatus)] ex multis.*

7267 Panormi rep. 15 Sept. 1568, cum porta Patitellorum everteretur, prope ecclesiam S. Antonii de Cusaro CARR.

M · VLPIVS ITALICI LIB
EVTyCHVS ARAM
ET BASIM MERCVRI
PROpER SVMMAM HONO
RARIAM PRO SEVRaTV
PECVNIA SVA POSVIT
D · D

Servavit Petrus Carrera in libro ms. *Chiarezze istoriche di Sicilia* adservato aliquando Cataniae a canonico Innocentio Roccaforte; inde Auria *orig. del crocefisso* ed. 3 a. 1704 (a prioribus abest) p. 244, ex Auriae libro opinor Mongitore cod. Pan. Qq D 203 et per Comum apud Mur. 50, 4 et apud Dorvillium Sic. ms. et ed. p. 586 n. 5, neque aliunde Noto p. 69 et Torremuzza Pal. n. 4, Sic. I, 10.

2 EVTICHVS, 4 PROER (PROTER Aur.), 5 SEVRTV (SEVRTV Aur.) traduntur.

7268 Panormi in domo praetoria MARTINES et POSTERIORES. Nunc in museo n. 80.



Recognovi. Martines 1580 p. 295 n. 15; Oct. Caietanus isagoge p. 20; Gualterus n. 14 = 171 (inde Mur. 88, 6); Noto p. 29; Torremuzza Pal. n. 7, Sic. I, 24 = 27.

3 EX IMpens.. Gualt., EX TE... Mart., EX·TP... Caiet.

7269 rep. Panormi a. 1687 m. Maio *ampliando di più stanze il sig. D. Francesco Mont' aperto Principe di Rafaudale il suo palazzo* AVRIA similiterque RELIQVI. *Ivi nell' angiporto oggi si osserva* NOTO.

ARAM · VICTORIAE
SEX · POMPEIVS · MER
CATOR · VI · VIR · AVG
PRAETER · SVMMaM
PRO · HONORE
D · D
P · S · P

Auria *orig. del crocefisso* ed. 2 (1690) p. 242 et marmore iterum inspecto ed. 3 (1704) p. 242 (in ed. 1 non reperitur). Inde Noto p. 67 (ex eo Mur. 91, 4); Mongitore cod. Pan. Qq D 203 f. 2; Dorville Sic. ms. et ed. p. 585 n. 2; Torremuzza Pal. n. 5 (cf. p. 83), Sic. I, 26 = 29. Orelli 1840.

1 VICTORIAI Aur. 1690. — 2. 3 MIR|CAIOR Aur. 1690. — 4 PRAEIER Aur. 1690. — SVMMA Aur. 1690, SVMMVM Aur. 1704.

7270 Panormi in ecclesia principali MARVC.; ante aedem maximam AVG. Iacebat in area ante aedem maximam, mea pridem opera ad domum praetoriam delata FAZ. Ibidem collocant POSTERIORES. Nuper transiit in museum n. 83. — *In tempo del D. Vincenzo Auria* (1625—1710) *era in casa di D. Giuseppe del Voglia alla libreria de' PP. della Congregazione dell' Oratorio: indi richiesto a Papri da Vincenzo Perini publico banditore della città fu a lui consegnato e posto nella corte Pretoriana* NOTO, errore omnino.

imp. C A E S · M
a V R E L I O · A N O
n I N O · A V G · D I V I
*a*NTONIN · F · DIVI · HADRI sic
*n*EP · DIVI · TRAIANI · PARTH
*pr*ONEPOTI · DIVI · NERVAE
*a*BNEP · PONT · MAX · TRIB · P · XVII p. C. 163
COS · III · R · P · PANHORMIT

Recognovi. Citat extrema Pontanus de asp. p. 55 ed. Basil. (inde Fazellus p. 119; Grut. 174, 5). Referunt auctor Pontanianae scholae Marucellianus A 79. 1 f. 46′ (inde Bongianellius apud Manutium cod. Vat. 5237 f. 255′); Fazellus dec. 1 l. 8 ed. 1558 p. 169 (inde Reines. 3, 24); Ant. Augustinus cod. Matr. f. 29; Martines 1580 p. 293 n. 9; Anonymus Chigianus f. 33; Gualterus n. 12 = 169 (inde Mur. 240, 1); Noto p. 35; Torremuzza Pal. n. 14, Sic. IV, 13.

Antiquiores fere proponunt suppletam; sed non pleniorem ab iis visam esse inde intellegitur, quod Fazellus legit 5 EP pro *n*EP, 7 NEPOTI pro *a*BNEP. — Ad hanc spectare videntur quas citat Pontanus (verba do ad cod. Ambros.) 'lapidum inscriptiones, quae in ea urbe (Panhormi) ab Hadriani temporibus in hunc usque diem extant, REI PVBLICE PANHORMII'. Ex Pontanianis his fluxisse videtur quod ait Fazellus: 'in lapide postremo alio, qui Panormitanorum negligentia adhuc iacet, Adriano Caes. inscripto dicatoque haec duo verba ad calcem leguntur RESPVBLICA PANORMII'; certe titulum Hadriano a Panhormitanis dedicatum nullum habemus. Martines p. 294 relatis Fazellianis pergit: 'licet ille fuerit diligenter a nobis perquisitus, ubi tamen iaceat, adhuc latet'. Post tempus haec adiecit in margine: 'nisi fuerit ille, qui ut nuper accepimus iuxta murum palatii regalis 'ad Africum spectantem inter salam et turrim magnam octangularem terra obrutus iacet'.